deſſo ſe caſa con ella. (9) Ca maguer eſtos fijos atales non ſon legitimos quando naſcen, tan grand

(9) *Se caſa con ella.* Et nota bonam gloſſ. & expoſitionem Joan. And. quam ibi poſuit *in dicto cap. tanta,* ſcilicet, quòd tanta eſt virtus matrimonii, ut qui antea ſunt geniti ex quocunque coitu: qui tamen potuerit eſſe uxoris, ſi tunc affuiſſet conſenſus poſtea ſubſecutus poſt contractum matrimonium, quancunque etiam alio matrimonio intermedio. Item in ſanitate, vel in morte dummodo demus eſſe matrimonium legitimi habeantur ſaltem, ex nunc: & ſufficit matrimonium, licèt non interveniant dotalia inſtrumenta, ut hic vides, & notat Abb. *in dicto cap. tanta*, & Doct. communiter, & tenet Bart. *in aut. quibus mod. natu. effic. legi. §. tribus, col.* 7. Bald. *in lege cum quis. C. de natu. libe. licet in lege ſi qua illuſtris, C. ad Orfi.* teneat contrarium, & *in lege cum multæ, C. de dona. ante nup.* & in tantum etiam hoc procedit, ut ſufficiat poſſibilitas contrahendi matrimonium cum illa tempore nativitatis filii, licèt non fuiſſet potentia contrahendi tempore conceptionis, ſecundùm gloſſ. & Doct. *in cap.* 2. *qui filii ſint legiti.* procedit etiam hoc, etiam ſi filius naſcatur ex clerico in minoribus conſtituto, & ex ſoluta, ſecundùm opin. canoniſtarum, quibus in hac materia eſt ſtandum, vide Bart. *in lege, & ſi contra, C. de nupt.* & Bald. *in §. naturales, col.* 2. *ſi de feud. fuer. contro. inter domi. & agna.* & Bart. *in lege* 2. *ff. de concubin.* qui vult limitare, niſi clericus in minoribus eſſet beneficiatus: ſed contrarium credo: quia, & ſi ſit beneficiatus, ex quo eſt tantum in minoribus poteſt contrahere matrimonium: & ſic filii erunt legitimi, procedit etiam (ut dixi) & ſi contrahatur in mortis articulo matrimonium, Joan. And. ubi ſupra, & latius in regul. ſine culpa, *in merc. de regu. jur. lib.* 6. Abb. *in cap. commiſſum, de ſponſ.* Bald. *in dicto §. naturales, ſi de feud. fue. contro. inter dom. & agna. & in lege nuper. C. de natur. liber.* ubi vide longam additio. & iſtud eſt tenendum, quidquid alias dixerit idem Bald. *in lege eam quam. col.* 7. *C. de fideicommiſ. & in rubrica, C. de privileg. doct. col.* 2. *& in aut. dos data, C. de dona. ante nupt. & in lege ſi quis poſthumos, ff. de libe. & poſt.* quia communis opinio eſt quam dixi, dato, quòd non interveniat conſtitutio dotis, & tenet Alex. *in dicta lege ſi quis poſthumos*, ubi pro limitatione refert notabile dictum Angel. *in lege ſed eſt quæſitum, ff. eod. & in dicta lege nuper.* videlicet, niſi talis contractus matrimonii fieret in fraudem ſuſtituti. Quòd ſi eſſet verum, eſſet ſingularis, limitatio Alexan. tamen ibi tenet contrarium, ſalvat tamen dictum Angel. ubi ultra fideicommiſſum aliter conſtaret de fraude veluti quia comminatus eſt ſubſtituto, quòd illum excluderet ſolum autem fideicommiſſum, ſecundùm eum, non ſufficeret ad inducendam præſumptionem: allegat ad hoc notabi. deciſionem Joan. And. *in cap. in præſentia in fin. de proba.* & cum hoc dicto tranſit Soci. *in lege ſed eſt quæſitum, ff. de libe. & poſthu.* ubi vide circa iſtum articulum de contrahente in articulo mortis, & firmat concluſionem, quòd tenet, & filii antea nati legitimantur, limitat tamen tripliciter, una limitatio eſt ſupra dicta, & facit iſta limitatio ad quæſtionem majoriæ, ut ſi eſſet caſus in quo perderetur propter delictum, ſi illud ſtudioſe committatut animo privandi ſucceſſorem, quòd non præjudicet ſucceſſori, & adde in hoc, quòd notat Bald. *in cap.* 1. *§. aut ſi libellario. quibus mod. feud. amitt. col.* 1. *verſi. ſed quid ſi vaſſallus.* Secundo limitat, quando aliter contrahens in mortis articulo eſſet ita prope mortem, quòd deficeret ſenſus: nam tunc, cum ex defectu conſenſus, non teneret matrimonium: multo minus filii legitimarentur allegat *cap. tuæ, de ſponſa.* & Anto. de Roſe. *in tractat. legitimationum*, & alia in propoſito. Tertio limitat, quando ex infirmitate cauſaretur impoſſibilitas generandi in omnem eventum. Quarto limitat, quando mulier eſſet talis cum qua, non poſſet ipſe contrahere matrimonium honeſte, quia non dicitur fieri poſſe, quòd honeſte, non poteſt, allegat Bald. *in cap. illud, de præſumptio. & alia.* cui etiam adde Bart. Cepol. *caute.* 247. ipſe tamen in hoc tenet contrarium, & bene, quia, ut dixit Joan. And. ubi ſupra, ſufficit ex quocunque coitu, qui poſſet eſſe uxorius, ſi in matrimonium conſenſiſſent, filii generentur, & contra Angel. tenet Joan. Lupi, de Pala. Rubio. *in cap. per veſtras ſuper text, col. mihi* 306. adde etiam ad prædicta, quòd exiſtens in articulo mortis, ſimilis eſt mortuo, ſecundùm Bald. *in auth. niſi rogati. ad fin. C. ad Trebel.* ubi infert ad notabilem quæſtionem, & ad dictum Joan. And. *in dicto cap. in præſentia*, nota etiam, quòd, & ſi teſtator, vel alius diſponens, vocet filios legitimos, ad majoriam, vel fideicommiſſum, & de legitimo matrimonio natos, quòd etiam venient legitimati per ſubſequens matrimonium, tanquam nati de legitimo matrimonio, ut tradit Decius, *in dicto conſil.* 155. *verſic. revocatur in dubium.* Verba enim teſtatoris debent verificari, ſecundùm juris diſpoſitionem. In contrarium tamen, vide quoddam *conſil.* Curtii Junio. 64. *in ordine.* Sed quod dixi, & dictum Decii credo eſſe verum, vide quæ latius in hoc dixi *in lege* 2. *tit.* 15. 2. *part.* & idem crederem dicendum, ſi aliàs matrimonium in facie eccleſiæ, contractum non tenuit, ſtante aliquo impedimento: ſi tamen contrahentes, vel unus eorum fuit ignorans, ut in iſta lege habetur, nam adhuc filius diceretur de legitimo matrimonio natus, ita, & taliter, quòd in eo, ſibi vendicent locum, & verificentur verba diſponentis. & iſtud videtur tenendum, ut ſic diſponens referre ſe velit ad diſpoſitionem juris, ſecundùm quam talis filius eſt legitimus, ut de legitimo matrimonio, & ſi contrarium diceretur, ſequerentur multæ abſurditates, & hoc nota, quia ſuper hoc vidi magnam controverſiam in arduiſſimo negotio cujuſdam majoratus, vide etiam notata *in dicto cap. ex tenore.* Sed quid, ſi diſpoſitio majoriæ vocet filios genitos, & natos, ex legitimo matrimonio, an ſufficeret, quòd quis tempore nativitatis naſcatur legitimus, ex legitimo matrimonio: licèt tempore, quo fuit genitus, hoc abeſſet, vide gloſſ. cum text. quæ vult, quòd non ſufficeret *in lege qui libertinos, §. poſthumut, ff. de ope. libert.* quam gloſſ. cum tex. neſcio alibi vidiſſe. Sed pone, quòd aliquis contraxit de facto matrimonium cum conſanguinea, quam cognovit, & pregnantem reddidit, & miſit pro diſpenſatione, & interim condidit teſtamentum, & fecit majoriam in illum poſthumum, ſi maſculus eſſet: iſte habebat filiam ex alia uxore, & ante nativitatem poſthumi venit diſpenſatio, ita, quòd filius naſcitur legitimus, an ſuccedet in majoria, patre moriente, nullo alio condito teſtamento, & videbatur, quòd non: quia tempore quo fecit majoriam, ille poſt humus non poterat inſtitui *L. filius, §. fin. ff. de libe. & poſthu.* ſed contrarium videtur verius per text. *in lege ſi quis poſthumos, in princ. & fin. ff. eod.* & utrobique, vide Bart. ad illud etiam, quòd dixi, quòd non obſtet matrimonium intermedium, ſi eo diſſoluto contrahat quis cum priori concubina, ex qua libetos ſuſceperat, adde Bart. *in lege pen. §. uxor. ff. ſolut. matrim. & in lege cum decem. §. fin. ff. de ſolut. & in lege pen.* 2. *col. ff. rem ratam habeti*, & Alex. *in lege Ponponius, §. quæſitum, ff. de acquir. poſſeſ.* adde etiam, quòd vulgo conceptus, ſi per confeſſionem patris, & matris conſtat, quòd ſi eſt eorum filius, qui legitimrbitur per ſubſequens matrimonium: Bald. *in lege eam quam. col.* 6. *C. de fideicommiſ.* nota etiam, quòd iſta legitimatio per ſubſequens matrimonium penè naturam imitatur, & retro fingit Bald. *in lege in teſtamento, col. fin. C. de teſta. milit.* ſuccedunt etiam taliter legitimati in feudis, ſecundùm Abb. *in dicto cap. tanta*, ubi, & plus voluit, quòd admittantur etiam ſi in inveſtitura dicatur, ſuccedat talis, & ex eo legitimè deſcendentes: licèt in hoc contrarium teneat Bald. *in §. naturales, ſi de feudo fue. contro. inter dom. & agna.* motus ex eo, quia talia verba oſtendunt principium geniture: & non eſt noſtrum extendete ſcripturas. Nota tamen, quòd ſi primogenitus legitimatur per ſubſequens matrimonium, non præfertur ſecundo de legitimo matrimonio nato, priuſquam

L. 10. tit. 8. lib. 5. Recop.

grand fuerça ha el matrimonio, que luego que el padre, e la madre ſon caſados, ſe fazen porende los fijos legitimos. Eſſo miſmo ſeria, ſi alguno ouieſſe fijo de ſu ſierua, e deſpues deſſo ſe caſaſſe con ella. Ca tan grand fuerça ha el matrimonio, que luego ques fecho, es la madre porende libre, e los fijos legitimos. (10)

LEY II.

Que pro, e que honrra naſce a los fijos, en ſer legitimos.

HOnrra, con muy grand pro, viene a los fijos en ſer legitimos. Ca han porende las honrras (1) de ſus padres. E otroſi pueden recebir Dignidad, (2) e Orden ſagrada de la Egleſia, e las otras honrras ſeglares; (3) e aun heredan a ſus padres, e a ſus abuelos, e a los otros ſus parientes, aſsi como dize en el Titulo de las herencias: lo que non pueden fazer los otros que non ſon legitimos. (4)

TITULO XIIII.

De las otras mugeres que tienen los omes, que non ſon de bendiciones.

L. 36. tit. 6. lib. 8. Rec.

BArraganas, (1) defiende Santa Egleſia, (2) que non tenga ningun Chriſtiano, porque biuen con ellas en pecado mortal. (3) Pero los Sabios antiguos que fizieron las

Omnes leges hujus tit. 14. correctæ sunt quatenus concubinam juxta formam in eis traditam permittunt; per l[eg]em et per L. 36. tit. 6. lib. 8. Vide Olanum in concord. lit. A. n.° 55. et in epilogo n. 78.

quam primus legitimaretur per ſubſequens matrimonium, ſecundum Joan. And. *in regu. ſine culpa, de regu. jur. lib.* 6. *in mercuria.* de quo vide latè per Joan. Licirier, *in tract. primogenituræ, lib.* 1. *quæſt.* 14. & per Lucam de Penna *in lege fin. C. de his qui ſponte mune. ſube. lib.* 10. Nota etiam, quòd ſi mortuo filio naturali, remanente ex eo nepote, pater naturalis accipiat concubinam in uxorem, non poterit talis nepos legitimari, quia talis legitimatio requirit perſonam filii, ut extendatur ad nepotem, argum. L. *qui libertinos, §. poſthumos, ff. de oper. liberto.* Bald. poſt Guillielm. de Cug. *in lege benignius, ff. de legi.* & tradit Decius, *conſil.* 343. *col.* 2. ſimiliter adde, quòd inceſtuoſi non legitimantur per ſubſequens matrimonium, licèt ex diſpenſatione Papæ ſit contractum, Bald. *in lege paulus, ff. de ſtatu homi. & in dicto §. naturales ad fin.* & an per matrimonium ſubſequens legitimetur filius invitus, vide Alberic. & Bald. *in dicta lege benignius, ff. de legi.* ubi poſt Guillielmum de Cugneo tenent, quòd non, Angel. tamen ibi, dicit: hoc eſſe novum, & quòd non eſt, ſine dubio, & rectè judicio meo: nam ex quo miniſterio juris in conſequentiam matrimonii fiat iſta legitimatio, non debet attendi, an filius ſit invitus, vel conſentiens, arg. *L.* 1. *in princ. ff. de auto. tuto. §. tamen generaliter aut.* allegatus à Guillielmo *in dict. authen. quibus mod. natu. effi. ſui*: multum videtur probare illius opinionem, & idem tenet Paul. de Caſt. *in dicta lege benignius*, quando filius eſſet talis ætatis, qui poſſet conſentire: ſecus, ſi eſſet infans, adverte tamen, an poſſit dici, quòd filius ſit legitimus: non tamen redigatur in poteſtatem patris, ſi eſt invitus, ut alias in ſimili dicit Bald. 1. *vol. conſil.* quòd incipit *titulus Principis Achaiæ.* Ultimo nota, quòd licèt matrimonium ſubſequens trahatur retro quoad legitimationem filiorum: non tamen trahitur retro, quoad alia, Bart. *in lege ſi uxor. §. ſi quis uxorem, ff. de adult.* ſed quid, ſi ille, qui habeat filium naturalem, volebat contrahere cum matre, ut illum legitimaret, & ſuccedere poſſet in majoria, fortè, vel aliis bonis, alter tamen qui per ejus obitum ſperabat ſuccedere in majoria, vel aliis bonis, tranſportavit ipſam matrem, ſeu fecit allud propter, quòd impediretur contractus matrimonii, & ſic legitimatio ceſſavit, an ſit remedium contra hanc fraudem: & videtur, quòd hæc ſit juſta cauſa, ut Princeps poſſit legitimare talem filium naturalem, etiam ad ſuccedendum in majoria, in qua eſſet cautum, quòd non ſuccederet, niſi natus de legitimo matrimonio, vide bonum tex. *in authent. quibus mod. natu. effi. legiti. in princ. & in authen. quib. mod. nat. effi. ſui, §. ſi quis ergo,* & vide *L. jure civili. ff. de condit. & demon.*

(10) *E los fijos legitimos.* Concordat *cum aut. ut liberti de cætero, §. ſi quis autem, col.* 6. & adverte, quia iſta L. non exigit confectionem nuptialium, & dotalium inſtrumentorum, unde ſine eis, ex ſolo matrimonio competit libertas, & filii legitimantur.

LEX II.

Filius legitimus habet paternos honores, & ſucceſſiones, & poteſt ad ſacros ordines promoveri dignitates quæ eccleſiaſticas, ſeu honores ſeculures habere, quæ illegitimis denegantur. Hoc dicit.

(1) *Las honrras.* Concordat *cum legitime*, ubi gloſſ. *ff. de ſtatu homin. &* L. *filiam, §. liberos, ff. de ſena.* nati tamen ante dignitatem adeptam, non gaudent dignitate paterna, *ut in lege ſenator*, & ibi vide Bart. *C. de dign. lib.* 12. & vide gloſſ, *in lege ne diutius*, & ibi Joan. de Plat. *C. de agrico. & cenſi. lib.* 11. gloſſ. etiam *in lege imperialis, C. de nup.* & facit ad quæſtionem, an primogenitus Regis, ante adeptum regnum, ſuccedat in regno, de quo late, vide per Joan. Cirier. *in tract. primogenituræ, lib.* 1. *quæſt.* 12.

(2) *Dignidad, e orden ſagrada.* Ad quam illigitimi, non admittuntur, *ut in cap.* 1. 2. *&* 3. *& cap. fin. de fili. preſbyt. & in cap. cum in cunctis, & cap. innotuit; de electione.*

(3) *Honrras ſeglares.* Ad quos non admittuntur illegitimi, *ut in lege* 3. *tit.* 15. *infra eadem partit.* & ibi dicam.

(4) *Que non ſon legitimos.* Ut *in aut. quibus mod. natu. effic. legiti. §. fin. col.* 6. *& in auth. quibus mod. natu. effic. ſui, col.* 7. *&* L. *qui contra, &* L. *ſi quis inceſti, C. de inceſt. nupt. & in authent. ex complexu, eod. tit. cap. lator. & cap. cauſam quæ qui filii ſint legi. & in auth. licèt, C. de natu. libe.*

TITULUS XIIII. DE CONCUBINIS.

(1) *Barraganas.* Dicit lex, quòd inter concubinam, & uxorem, parum refert, niſi in honore: L. *item legato, §. parvi refert, ff. de legat.* 3. unde vaſſallus cognoſcens concubinam domini ſui, privatur feudo, ſicut privaretur, ſi cognoviſſet uxorem, ut dicit Bald. *in cap.* 1. *col.* 5. *quibus mod. feud. amitta.* & idem quòd Bald. tenet Alber. *in lege in concubinatu, ff. iſto tit.* concubina tamen non tranſit in domicilium amaſii, ſecundùm Joan. de Plat. *in lege origine, C. de municip. & origina. lib.* 10. iſtæ tamen mulieres dicuntur habere venenum, *ut in lege* 1. & ibi notat Bal. *C. de natu. lib.* & probatur ex dicto ſapientis *Proverbio* 7. *v.* 26. dicit etiam Bald. ibi, quòd iſtæ concubinæ præſumuntur queſiſſe, quæ habent de bonis amaſii, & quòd ſunt torquendæ pro declaranda veritate rerum aſportatarum, quod non eſt in uxore, *ut in lege* 2. *C. quando, & quibus quarta pars deb. lib.* 10.

(2) *Santa Egleſia.* Ut *in cap. nemo* 32. *quæſt.* 4. ubi gloſ. dicit, quòd iſtud eſt canonicum crimen, & non legale; hodie verò videtur, quòd etiam quoad nos, per LL. regni ſit etiam reprobatus concubinatus, ut patet *in cap. correct. §.* 46.

(3) *En pecado mortal.* Hoc habetur *in cap. dicat aliquis, & in cap. meretrices* 32. *quæſt.* 4. ubi B. Auguſt. di-

Leyes del titul. 19 lib. 8. Recop.

las leyes, conſentieronles, que algunos las pudieſſen auer ſin pena temporal: (4) porque touieron que era menos mal, de auer vna, que muchas. E porque los fijos que naſcieren dellas, fueſſen mas ciertos. E pues que en los Titulos ante deſte fablamos de los matrimonios, e de los fijos que naſcen dellos, queremos aqui dezir, de las barraganas: e deſpues moſtraremos, de los fijos que naſcen dellas. E primeramente diremos, qual deue ſer reſcibida por barragana. E onde tomo eſte nome. E quien la puede auer. E en que manera ſe faze tal ayuntamiento como eſte.

LEY I.

Qual muger puede ſer reſcibida por barragana: e onde tomo eſte nome.

L. 36. tit. 6. lib. 3. Rec. Leyes del titul. 19 lib. 8. Recop.

INgenua (1) mulier, es llamada, en latin, toda muger que deſde ſu naſcencia es ſiempre libre de toda ſeruidumbre, e que nunca fue ſierua. E eſta atal puede ſer reſcebida por barragana, ſegund las leyes; (2) quier ſea naſcida de vil linaje, o en vil logar; o ſea mala de ſu cuerpo, quier non. E tomo eſte nome (3) de dos palabras; de barra, que es de arauigo, que quier tanto dezir, como fuera; e gana, que es de ladino, que es por ganancia: e eſtas dos palabras ayuntadas, quieren tanto dezir, como ganancia que es fecha fuera de mandamiento de Egleſia. E porende los que naſcen de tales mugeres, ſon llamados fijos de ganancia. Otroſi puede ſer reſcebida por tal muger, tambien la que fueſſe forra, (4) como la ſierua. (5)

LEY II.

Quien puede auer barragana, e en que manera.

Ley 1. tit. 19. lib. 8. Rec. L. 36. tit. 6. lib. 3. Rec.

COmunalmente, ſegund las leyes ſeglares mandan, todo ome que non fueſſe embargado de Orden, (1) o de caſamiento, (2) puede auer barragana, ſin miedo de pena temporal; (3) ſolamente que non la aya virgen, (4) nin ſea menor de doze años; (5) nin tal biuda, que biua honeſta, (6) e que ſea de buen teſtimonio. E tal biuda como eſta queriendola alguno reſcibir por barragana, o a otra muger, que fueſſe libre de ſu naſcencia, que non fueſſe virgen; deuelo fazer, quando la reſcibiere por barragana, ante buenos omes, diziendo (7) manifieſtamente ante ellos, como la reſcibe por ſu barragana. E ſi de otra guiſa la reſcibieſſe, ſoſpecha cierta ſeria contra ellos, que era ſu muger legitima, e non ſu barragana. E ſi pley-

dicit, quòd appellatione mechiæ omnes illiciti concubitus continentur, ubi & vide gloſ. ſimplex enim fornicatio eſt peccatum mortale, ut patet ad Galat. *cap.* 5. & ad Hebr. 13. ibi: fornicatores enim, & adulteros judicabit Deus ad Corinth. 1. 6. *cap. ubi neque fornicari, &c.* & ad Eph. 5. ibi farnicatio, aut omnis immunditia, neque nominetur in vobis, & adde S. Thom. *in* 3. *contra gentiles, cap.* 119. neque obſtat *cap. his qui* 34. *diſt.* quia ille text. loquitur de uxore ducta ſine ſolemnitate, & non de concubina, quæ non eſt uxor, ſecundùm Doct. ibi, & adde *clemen. ad noſtrum, de hæred.*

(4) *Pena temporal.* Vide *in dicta lege in concubinatu,* ubi & gloſ. *in parte legis*, vide etiam Guiliel. Bened. *in repet. cap. Raynuntius, fol.* 112. *col.* 3. *ad fin. & col.* 4. ubi nititur probare, quòd etiam hodie de jure civili ſit prohibitus concubinatus, quod & tenuit ante eum Hoſt. *in ſumma, de voto, §. quot ſunt ſpecies*; & ibi Guiliel. allegat notabile dictum Joan. Fab. *in princip. inſti. ſi quadru. paup. feci. dica.* ubi dixit, quòd homo agit contra naturam, alium coitum quàm uxorium ſectando: ſed ut hic vides, illud procedit quoad peccatum, non verò quoad pœnam temporalem: vide etiam *infra eod.* L. 2. & dicit S. Tho. 2. 2, *quæſt.* 69. *art.* 2. quòd quia lex humana non exigit ab homine omnimodam virtutem, quæ paucorum eſt, & non poteſt inveniri in multitudine populi, quanta habet neceſſe L. humana ſuſtinere, ſimplex fornicatio impunita relinquitur.

LEX I.

Poteſt enim eſſe concubina mulier libera, quæ dicitur ingenua, ſeu libertina, vel etiam ſerva: dicitur enim (*barragana*) arabicè, id eſt, *fuera, & gana*: & ſic dicuntur filii *de ganancia.* Hoc dicit.

(1) *Ingenua.* Adde *inſti. de inge. in princ.*

(2) *Las leyes.* Ut *in dict.* L. *in concubinatu, ff. eod.*

(3) *Eſte nome.* Alibi dicitur amica, *ut in lege maſurius, ff. de verb. ſign.* alibi focaria, *ut in lege* 2. *C. de don. inter vir. & uxor.*

(4) *Fueſſe forra.* Etiam ſit aliena liberta, *ut ff. eod.* L. *in concubinatu.*

(5) *Sierua.* Ut *in lege fin. C. comm. de manu.* & intellige de propria ſerva: nam cum aliena, acceſſus eſt punibilis, *ut in lege inter liberas, ff. de adult. &* L. *et ſi libidine, C. eod. & ff. de jurejuran.* L. *ſi ſtuprum*; & ſi in propria ſerva loquitur *dict.* L. *fin. & L. denique, ff de pigno. &* L. *penult. ff. de privileg. credi.* Sed an coitus uxorati cum ancilla ſua ſit punibilis, ſecundùm leges, & videtur, quòd ſic, *ut in dicta lege fin. in fine*: contrarium tenet conſulendo Socin. *conſil.* 248. 1. *vol. col.* 3. & ibi Bal. de Bertolinis, qui ſe ſubſcribit: eſt tamen in uxorato talis concubitus illicitus, *ut infra in lege proxima, & in dict.* L. *fin.* & etiam in non uxorato, *ut ſupra dixi.*

LEX II.

Quilibet non ordinatus, nec conjugatus, poteſt concubinam habere, ſed Præſes in ſua provincia, non poteſt adminiſtratione durante, cum provinciali muliere nubere: poteſt tamen concubinam ducere, non tamen plures concubinas, ſed unam dumtaxat habere. Hoc dicit.

(1) *De orden,* Eſt enim clericis concubinatus totaliter reprobatus, etiam jure civili, *ut in authent. de ſanct. Epiſc. §. clericos, coll.* 9. *& in auth. de monachis, §. ſi quis autem, & C. de Epiſc. & cler.* L. *eum qui probabilem, cap. ſicut, & cap. tua, & cap. ſi autem, de coha. cler. & mulier. cap. presbyter.* 82. *diſt.* & procedit etiam in clerico minorum ordinum; de quo tamen vide per Bart. *in dicta lege in concubinatu, ff. iſto tit.* & adde *L. fin. tit.* 6. 1. *partit.*

(2) *O de caſamiento.* Adde *L. fin. in fine, C. commu. de manu.* & quæ dixi ſupra *L. proxim. in gloſ. fin. & L.* 1. *de concubi.*

(3) *Pena temporal.* Vide *ſupra eod. in ſumma.*

(4) *Que non la aya virgen.* Nam cum virgine committeretur ſtuprum: *L. inter liberas, ff. de adult. & in §. lex Julia.* L. *primæ, verſ. cum atylicinio, ff. iſto tit.* gl. tamen *in lege* 1. *ff. eod. in parte ſtuprum*, tenet, quòd etiam cum virgine, ſi eſt obſcuro loco nata, vel interveniat proteſtatio teneat concubinatus, abſque pœna temporali, prout hic dicitur in vidua: iſta L. vult contrarium, vide quæ dicam *in lege* 1. *infra tit. proxim.*

(5) *Doze años.* Adde *L.* 1. *in fin. ff. eod.*

(6) *Biua honeſta.* Vide *dict. L. inter liberas, & in d. verſic. cum atylicinio.*

(7) *Diziendo.* Adde L. *in concubinatu, ff. eod.*

pleyto naſcieſſe ſobre eſta razon, aſsi lo judgaria el Juez ſeglar; (8) fueras ende, ſi fueſſe prouado que la ouieſſe reſcibida por barragana. Pero ſi fueſſe otra biuda que non fueſſe atal como ſobredicho es, mas que fueſſe de muy vil linaje, o de mala fama; o fueſſe judgada que auia fecho adulterio con ome que ouieſſe muger legitima, maguer ella fueſſe ſuelta; a tal como eſta non ha porque la reſcebir (9) por barragana ante teſtigos, ſegund ſobredicho es de la otra. Otroſi ninguno non puede tener por barragana ninguna muger que ſea ſu parienta, nin ſu cuñada, (10) faſta el quarto grado: e eſto, porque faria grand pecado, ſegund que dicho auemos, (11) que es llamado en latin, inceſto. E otroſi dezimos, que omes y a, que pueden auer barraganas, e non podrian reſcibir mugeres legitimas. E eſtos ſon, de los que ſon llamados, en latin, Præſides provinciarum; que quier tanto dezir, en romance, como Adelantados de algunas tierras. Ca tal ome como eſte, non podria reſcibir muger legitima, (12) de nueuo, en toda aquella tierra onde fueſſe Adelantado, en quanto duraſſe el tiempo del Adelantamiento. E podria y reſcebir (13) barragana, ſi non ouieſſe muger legitima. E eſto fue defendido, porque por el grand poder que han eſtos atales, non pudieſſen tomar por fuerça muger ninguna, para caſar con ella. Ca podria ſer, que algun ome, que nol querrie dar de ſu grado, a ſu parienta, o ſu fija, por muger, que gela auria a dar a miedos, por la premia, o por el mal quel faria, por el poder del logar que touieſſe. Otroſi ningun ome non puede auer muchas barraganas. (14) Ca ſegund las leyes mandan, aquella es llamada barragana, que es vna ſola: (15) e ha meneſter que ſea atal, que pueda caſar (16) con ella, ſi quiſiere, aquel que la tiene por barragana.

LEY III.

Quales mugeres ſon, que non deuen reſcebir por barraganas los omes nobles, e de grand linaje.

L. 36. tit. 6. lib. 3. Recop.

ILluſtres (1) perſonas ſon llamadas, en latin, las perſonas honrradas, e de grand guiſa, e que ſon pueſtos en Dignidades; aſsi como los Re-

(8) *El juez ſeglar.* Ut habetur *in dict. L. in concubinatu, & in lege in liberæ, ff. de ritu nupt.* non tamen judex eccleſiaſticus, *ut in cap. aliter*, & ibi gloſ. 30. *q.* 5. *& cap. is qui non habet* 34. *diſt.* & in hoc ſtandum eſt Canoni, ut dicit Abb. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. col.* 7. *verſ. ſeptimus caſus*, quod Bald. dicit eſſe verum quoad matrimonium, quoad ſucceſsiones tamen dicit, jus civile ſervandum, L. *in liberæ, ff. de ritu nupt.* quod eſt mirabile, ſed fortè non verum, cum à matrimonio pendeant ſucceſsiones: *cap. lator, qui filii ſint legit.* ſi tamen concurreret diuturna cohabitatio cum aliis adminiculis matrimonii, vide *in cap. illud, de præſum.*

(9) *Reſcibir.* Ut *in dicta L. in concubinatu.*

(10) *Su parienta, nin ſu cuñada.* Hoc idem ponit Azo. *C. eod. in ſumma.*

(11) *Que dicho auemos.* Supra *ead. part. tit.* 2. *L.* 13.

(12) *Muger legitima.* Adde *L. ſi quis officium, & L. eos, ff. de ritu nupt. & L. et ſi contra, C. de nupt.* & idem dicit hic, *de nueuo*: quia veterem ſponſam benè uxorem ducere poteſt, *ut in dicta lege ſi quis, verſ. veterem, & in lege* 1. *C. ſi rect. pro.* iſtæ tamen LL. correctæ ſunt de jure canonico, ut notat Joan. And. poſt Gofr. *in cap. fin. de ſecund. nupt. in fine*, Hoſt. *in ſumma, qui filii ſint legit. §. qualiter, & à quo, verſic. illegitimos*, Alb. *in rub. C. ſi rector provin.* & Abb. *in dicto cap. fin.* vide tamen Salic. *in dicta lege et ſi contra*, qui dicit, quòd cum hæ leges, & ſimiles fundentur, ne matrimonium contrahatur metu, & matrimonium metu contractum ſit ipſo jure nullum, etiam jure canonico videtur, quòd ſit alia ratio: ſed tenenda eſt opin. canoniſtarum, niſi adeſſet probatio metus, aliter quàm ex præſumptione erroris officii, coadjuvaret tamen iſta præſumptio alias probationes; & ad hoc nota dictum Salic. Cum enim matrimonium debeat eſſe liberum, iſte error officii coadjuvaret alias probationes.

(13) *Podria y reſcebir.* Adde L. *fin. ff. eod. &* L. *ſi quis officium, ff. de ritu nupt.*

(14) *Muchas barraganas.* Non enim licet habere plures concubinas, *ut in authent. quib. mod. nat. effic. ſui, §. diſcretis, verſ. ſi verò effuſa*, & ibi notat gloſ. *colla.* 7. *& in authent. de triente, & ſem. §. conſideremus, colla.*4. & gloſ. *in lege* 1. *C. iſto tit.*

(15) *Vna ſola.* Ut enim concubinatus ſit licitus, requiruntur plura de jure civili, quia de jure canonico nullo modo poteſt eſſe; quia eſt contra præceptum decalogi, non mœchaberis, &c. Primò, matrimonii poſsibilitas, unde debet eſſe ſolutus, & ſoluta ut hic, & in principio iſtius legis. Secundò, concubinæ unitas, in qua ſit una, & non plures, ut hic, in verſ. *otroſi*, de quo etiam hodie vide L. 11. de tertio, ſecundùm aliquos, cohabitatio ſimultanea, alii tamen non requiruntur cohabitationem, ſed dicunt ſufficere prædicta duo: ut refert Bal. *in authent. licet, C. de natu. libe.* & idem Bal. *in lege eam quam, C. de fideicommiſ.* dicit, quòd licitus concubinatus, quad leges ſæculi eſt inter ſolutum, & ſolutam, debet tamen intervenire verbum proteſtantis, ſe tenere in concubinam; & etiam factum, ſcilicet, quòd retineatur in domo, ita quòd non poſsit vagari circa plurimorum concubitus: & gloſ. *in lege penult. ff. iſto tit.* requirere etiam videtur cohabitationem, reſpectu tamen legitimationis filiorum, non eſt neceſſaria cohabitatio, quando ſubſequeretur matrimonium: ut dixi ſupra *tit. prox. in lege* 1. & adde L. 1. *infra tit.* 1. ibi: *de fuera de ſus caſas*, & quod ibi dixi: ſed an requiratur iſta cohabitatio in concubinatu, vide Roder. Suar. *in comment. L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *for. LL. fol.* 3. ubi concludit, quòd in his regnis etiam ante legem Tauri, ſemper vidit pronuntiatum, quòd licèt in concubinatu non adeſſent ſolemnitates cohabitationis, filii eſſent naturales, & quòd etiam talibus poſsit relinqui.

(16) *Que pueda caſar.* Adde *in authent. ut liceat matr. & aviæ, §. ad hoc, colla.* 8.

LEX III.

Illuſtres non poſſunt in concubinam habere, niſi ingenuam, non libertinam, aut cauponam regatariam, lenam, aut alicujus earum filiam, neque alias vilis conditionis: aliàs filii non erunt naturales, nec ſuccedent patri; nec tenentur alimentare, quia ſunt ſpurii, & illuſtres dicuntur de genealogia regali, aut comites, vel ſui deſcendentes, vel ſimiles. Hoc dicit.

(1) *Illuſtres.* Habes hic expreſſum, qui dicantur illuſtres: de jure verò communi, vide gloſ. notabil. *in auth. ut ab illuſtri, & quod ſuper eos ſunt, colla* 7. & vide Joan. de Plat. *in lege fin. C. de decurio. lib.* 10. & ſuperilluſtris eſt Papa, Imperator Patricius, Conſul. gloſ. *in lege quotiens, C. ubi ſena. vel clariſ.* vide Abb. *in cap. ſolitæ,* 1. *notabil. de majo. & obed.*